

- 1) Beachte, dass der Zuger Stadt- und Amtsrat *B e a t II.* Zurlauben, in dessen Besitz wohl vorliegende Kopie gelangte, sich wie die unten genannten für die Rechte Abt Bernhard Kellers einsetzte, s. AH 16/43.
 2) s. AH 85/108
 3) s. AH 79/11
 4) s. AH 13/120; 40/103

Kopie - AH 85, 241

107

[v. 1612 Januar]

A

SCHREIBEN VOM [ZUGER STADT- UND AMTSRAT] RUDOLF I. KREUEL [VON BAAR] AN DEN [ZUGER] STADTSCHREIBER [KONRAD III.] ZURLAUBEN

"Zuvorderist wünsch ich dem Herren Ein guottglückhafftig Nü Jar dem Nach Lieber Her gfatter schwager es wirt anmorgens [Stadt- und Amtsrat von Baar] Marthy U t i g e r zuo üch khomen, So gänd Jm khein Sunderlichen Bescheid. Und Bald Jhr glägenheit habent wellent Jhr uns ein tag Stimmen wan wir khomen Söllent aber uff dis Zit Sig es nüt möglich, wie wol ich üch khein ornung Stellen will dan ich mitt üch zu Reden han dan gwüsllich vonn nöthen Sin wirtt und wan ich uff zukhünfftig mitwuchen Sol zu üch khomen So Lassentt es mich wüsen. Dem nach Lieber Her schwager es werre min gantz früntlich Bitt an üch Jhr wellentt ornung gäben das üwere Burgers Sun Mitt Samppt Her schuolmeister uff das Nü Jar zuo uns [nach Baar] khoment dan fhür war Ein gantze Gmeind fher ein grossen verdrutz hand ghan. Wo das Beschickt wil ich üch vergwüssen das es ein grossen und guothen willen gibt es Muss auch kheinem khein Leid nitt beschächen. Jch wil üch vergwüssen das ich zu wägen wil Bringen das unsere gmeind wirtt lib und guott zu Setzen wie mirs vor hin Lang auch than hand ich vermein auch kheinem theil nüt gschatt hab ich Bitt üch ir wellentz Jnn allem guothen verstan wie ich es dan erlich auch Meinen".

Original - AH 85, 242

108

1649 [n. August 31.]

A

"RELATIO¹ ET PROCESSUS ELECTIONIS, CONFIRMATIONIS, ET BENEDICTIONIS ABBATIS MARISTELLANI [=ABT BERNHARD KELLER, VON WETTINGEN, ZUHANDEN VON NUNTIUS FRANCESCO BOCCAPADULI]

"Postquam Reverendissimo Domino Claudio [V a u s s i n] Abbati Cisertij, to-

tius Cisterciensis Ordinis Generali [=Generalabt von Cîteaux] ac capiti adhuc aeger, sed vitae longioris dubius Adm. R.D. Nicolaus [I.] de Flüe Abbas Maristellanus, Abbatiae sibi per tam impositi oneris [im Frühjahr 1649] resignationem fecit; paternâ sollicitudine providus Reverendissimus D. Generalis, Adm. Reverendo Domino Thomae [II. S c h w a b] Abbati Salemitano [=Salem], ut praefati Monasterij Maristellani Patri immediato commissionem dedit, quatenus resignationem dictam vel auspectaret, vel Abbate interim mortuo novae Electioni praesideret, uti patet ex copijs adiectis sub lit. A.² Hinc Reverendissimi Domini Generalis Mandato pariturus Abbas Salemitanus dum se accingeret; â Venerabili Conventu Maristellano de obitu sui Adm. Reverendi Domini Abbatis Nicolai [am 21. Juni 1649] admonitus, 24 Junij Maristellam pervenit. Ubi sequenti die decantatâ ~~solemniter~~ Missâ de Requiem, tum ulotoque publicè compulsatis omnibus campanis, et occurrente multâ hominum frequentiâ, piè defuncto Abbate; 26^{to} Junij, festo scilicet SS. Martyrum J o a n n i s et P a u l i Electionem canonicam, assistentibus sibi Reverendissimo D. Dominico [T s c h u d i] Abbate Muriensi Ordinis S.^{ti} B e n e d i c t i, et Adm. Reverendo D. Edmundo [S c h n e i d e r] Abbate S. Urbani Ordinis Cisterciensis, necnon Adm. R. P. Ludovico [V o n w i l] Patrum Capucinorum Badenae Guardiano; et Adm. Reverendo Nobili ... Domino Joanne S u m m e r e r Parocho Badensi, Sanctae Theologiae Doctore et Protonotario Apostolico, inchoavit et perfecit iuxta S. Ordinis sui Statuta, et Canones Ecclesiae, omnibus qui adesse debuerant et potuerant, legitimè citatis, praesentibus, et eorum nemine reclamante. Ne porrò noviter nominato Electo Auctoritas deesset necessaria praefatus D. Salemitanus ex speciali itidem commissione Reverendissimi D. Generalis, non suo nomine, uti patet ex ipsius Mandato, Eundem confirmavit ad interim eâ, quâ Lit. B. notatur formâ; plenariam et perfectam Confirmationem more Ordinis antiquo, et per multos retrò annos in hoc Monasterio semper huiusque illibatè conservatâ consuetudine, petens et expectans â Reverendissimo D. Generali Abbate Cisterciensi; cui et in eum finem transmissum est Electionis Instrumentum iuxta tenorem Lit. C. His omnibus ita et ritè peractis cum altero tertione post die Electus Maristellanus [- die Wahl fand am 26. Juni 1649 statt -] honoris et reverentiae Romano Pontifici [Papst I n n o z e n z X.] debitae causâ, non autem ex obligatione, Illustrissimo D. Nuncio Lucernensi [Francesco Boccapaduli] totius rei seriem per litteras signatas Lit D. explicasset, obtinuit Inhibitorias ulterioris Processus in Electione et Abbatialis muneris suspensorias, tenoris sub Lit. E Ad quas cum denuò respondisset Conventus Maristellanus iuxta Lit. R humiliterque rogasset, ne

Juribus S. Ordinis sui que Monasterij Illustrissimus se immiscere tentaret; nullum verò intera ad hoc responsum ab ipso venisset; advolante nihilominus à Reverendissimo Domino Generali Cisterciensi, Electi legitimâ et perfectâ Confirmatione, necnon Mandato, ut confirmatus confestim benediceretur, ut videre est Lit. G. per Adm. R.D. Abbatem S. Urbani in frequenti Catholicorum Cantonum [=Schirmorte] praesentiâ assistentibus Reverendissimis Dominis Abbatibus Dominico [Tschudi] Murensi, et Bernardo [I. von Freiburg] Rhinaugiensi, Ordinis S. Benedicti, solenni Benedictione inauguratus est ...

[2.] Julij.

Cum verò statim post Benedictionem denuò Illustrissimi D. Nuncij adventantes litterae non modo Electionem, sed actus etiam concomitantes serò inhiherent, utpote non in potentiâ amplius consistentes, sed in effectum iam productus, missus est altero statim die ad ... Nuncium à D. Maristellano Religiosus Salemitanus, Eundem super toto Processu informaturus, quem 13 Julij sub Vesperum audiri cupientem D. Auditor [an der Nuntiatur, Antonio Buffa] ob praesentis Postae negotia in crastinum expectare iussit: Altero autem mane ab hora 7^{ma} usque ad prandium, et post illud, ab horâ prima usque post tertiam cum summâ perseverantiâ Audienciam praestolantem aegerrimè tandem admisit quidem Illustrissimus sed nec Creditivas à D. Maristellano ipsi datas accipere, nec super eiusdem Electione quidquam audire voluit, identidem dicens, Se iam Romam scripsisse, Inde responsum expectandum esse.

Effluxerunt interea 6. circiter hebdomadae, quibus nil amplius apertè movit Illustrissimus D. Nuncius. Negotio tamen interim ad ... D. Generalem (utpote cuius Mandato omnia peracta sunt) Cistercium perscripto, Idem novo Electo respondit, ut ... D. Nuncij Mandata et Minas non multum timeret, ut patet Lit. H. Domino autem S. Urbani Abbati hoc idem, et insuper, ut Electum Maristellanum iam benedictum pro vero et legitimo Abbate non solum haberet, sed à suis omnibusque S. Ordinis personis pro tali habendum curaret, iuxta tenorem Lit. J. Denique etiam Illustrissimis DD. Cantonibus, uti notatur Lit. K gratias egit, quòd suâ praesentiâ solennem Benedictionis actum cohonestare, Ordinisque ac Monasterij Maristellani Jura ac Privilegia conservare voluerint, ac ut porrò velint, rogavit. Unde non nisi omnia bene facta fuisse sibi imaginabantur Maristellani. Sed cum 26 Augusti [1649] Illustrissimus denuò Citationem Maristellae, modo tamen in Jure non consueto, insinuari fecisset, quâ D. Abbatem et Priorem [Karl Wirz] Maristellanum Lucernam personaliter ad respondendum vocat; Is denuò licet urgentissimis negotijs impeditus, in reverentiam tamen Illustrissimi; ac Sedis Apostolicae illuc profectus est; au-

diturus quid contra se suamque Electionem praetenderetur.

Ex³ quibus omnibus apertissimè constat, quàm nihil prorsus in despectum et irreverentiam Sedis Apostolicae, atque Eiusdem ... D. Nuncij egerint praenominati DD. Abbates et Monachi Cistercienses, sed potius laudandi sint, quòd in praetactis Reverendissimi D. Generalis Cisterciensis, ut Superioris sui Legitimi ac Immediati, et ab ipso Summo Pontifice constituti ac confirmati, Mandatis fideliter et humiliter obediverint. Ut proinde etiamsi quid peccatum esset (quod tamen non apparet) potius à D. Generali Cisterciensi, quàm illis ratio requirenda esse videatur.

Cum autem, ut praenotatum, D. Maristellanus 28 Augusti [1649] cum D. Abbate Bebenhusano Joachimo [M ü l l e r], et P Eugenio Crasso [=C r a s s u s] Conventuali et Secretario Salemitano ad ... Dominum Nuncium Lucernam versus profectus, priùs in itinere cum ... Domino Dominico Abbate Murensi quid agendum? deliberasset; eique Protestationis per duos testes et Notarium publicum insinuandae modum enarrasset, neutrum quidem improbavit; noluit tum in eâ sui nominis (quod insertum erat, iuxta nomen Domini Abbatis Bebenhusani uti notatur in copiâ notatâ Lit. L:) fieri mentionem; neque ipse Lucernam proficisci, nisi priùs ab Illustrissimo citatus, vel à Domino Maristellano in testem legitimi Processus in Electione vocatus: tunc autem et in eum eventum fidelissimam operam se daturum promisit, dicens etiam sibi suisque (licet eorum aliqui primò putarint omnino Non; alij verò saltem per litteras comparendum esse) plerisque tutissimum nisum esse, ut D. Maristellanus in personâ Lucernae compareat, et sua peragat etc. Altera igitur die, qui fuit Dominica [den 29. August], postquam circa meridiem Lucernam venisset D. Maristellanus nihil aliud eo die fecit, quàm Intentionem sui Praepositi quibusdam familiaribus sibi que notis Urbis primatibus [- Keller stammte von Luzern.] ~~reterit~~ ^{qui} omnis protestationis supradictae (quamvis nomina praefatorum RD. Abbatum extincta essent) formam non modo acriùs conceptam, sed etiam solum nomen Illustrissimo D. Nuncio exosum fore facile coniecturantes, suaserunt, ut ex Protestatione faceret Reservationem suorum Jurium; sic enim coràm Nuncio Apostolico apparendo Sacrae Sedi debitam reverentiam exhiberi, et nihilominus Monasterio Ordini que de suis Immunitatibus nihil decedere. Placuit ex sententia, praesertim postquam à Reverendo Domino Ludovico Türinger [=T h ü r i n g] Lucernensi Canonico [am Stift St. Leodegar] intellectum est, Illustrissimum in opinione suâ obduravisse, et nisi veniam [adipisci] poteretur, Excommunicationis sententiam iam iam paratam esse: caeterum hac in re optimè consulere posse Illustrissimi Auditorem D. Antonium Buffam, Ordini Cisterciensi et Mo-

nasterio Maristellano servire paratissimum, quem ipse, si placeret, eo adhuc noscere adire vellet, et audientiam utrisque RD. Abbatibus in crastinum procurare. Factum est Trigesimâ die Augusti, quâ Comoediam⁴ publicam exhibuere PP. Societatis [Jesu am Jesuitenkolleg in Luzern] et ideo Jllustrissimam accidendi occasio non fuit, accesserunt ambo DD. Abbates praefatum D Auditorem, â quo inter plurima ab ipso intellexerunt Non conqueri amplius Jllustrissimum D. Nuntium super Electione, Confirmatione, aut Benedictione, sed tutummodo super spreto suo Mandato Jnhibitorio supra Lit. L. notato, cùm tamen etiamsi irrationabilissimum fuisset, ei ob reverentiam Sedis Apostolicae deferri, et antequam alterius procederetur Jllustrissimus denuo de Privilegijs doceri debuisset. Patere proinde duplicam viam sive Justitiae sive Gratiae; qui Justitiae vellet, Romae eam experiri; qui Gratia, ab Jllustrissimo veniam deprecari debere. Cum a[utem] Dominus Abbas Bebenhusanus diceret superesse viam mediam amicabilem Compositionis, Dominemque Auditorem de modo rogaret ne res ad extrema devolaretur; putavit is Jllustrissimo Sui satisfieri posse, si D. Maristellanus incursum ab eo offensam ob spretum Jnhibitorium, deprecaretur, reservatis nihilominus sibi suoque Monasterio competentibus Juribus. Quod cum S. Ordini et Monasterio Maristellano adeo damnosum non videretur, apparerent autem ex alia parte, nisi hoc fieret, censurarum publica et scandalosa fulminatio, sumptuum ingens et nil profutura profusio, Litis totius ad remotissimum, et Adversarij potentioris informationibus apertum[?]⁵, nostris autem clausum tribunal protractio, denique non unius tantum Monasterij, sed totius Ordinis metuenda oppressio; et alia incommoda plurima: sequenti die, qui erat Martis [den 31. August], et Postae destinatus neminique ordinariè ad audientiam paratus, mediante Nobili Domino [alt] Praetore [und derzeitigen Rat von Luzern, Heinrich] de F l e c k e n s t e i n procuratâ et hora 8 antemeridiana, habitâ Audientiâ Dominus Maristellanus una cum D. Bebenhusano, et Adm. R. D. Praeposito Lucernensi [zu St. Leodegar, Jost K n a b], necnon praefato D. Praetore coràm Jllustrissimo sui adventus causam aperuit. Nimirum se ab eo huc citatum comparere, ad ostensionem obsequii et reverentiae Sacrae Sedi Apostolicae debitae; et cùm intelligat Jpsius Jllustrissimam Celsitudinem potissimùm offensam ob spretum suum Jnhibitorium, cùm tamen se bonâ fide in omnibus iuxta Reverendissimi D. Generalis sui mandatum processisse putaverit; si per ignorantiam suam forte peccaverit, se veniam rogare, caeterùm sibi reservare Jura ac privilegia S. Ordini et Monasterio suo Maristellano competentia, eademque Jllustrissimo at[que] Sedis Apostolicae Nuncio optimè recommendare etc. Ad quae cùm inter multa alia praecipue sugillasset P. Prioris

Maristellani ultimas et Insolentes, (ut vocabat) litteras, diceretque multos errores a suis commissos à se corrigendos fuisse, quos connivendo praeterierit ... iniunctâ D. Abbati per semestre[m] à Mitrae baculique usu; Priori autem ab officio ad arbitrium Abbatis suspensione, Conventui denique trium dierum per 3 hebdomades ieiunio, omnes in Pace dimisit. Quo facto D. Maristellanus D Praepositum Lucernensem praesentem, ut Protonotarium Apostolicum requisivit, quatenus super hac personali suâ apparitione totoque processu Instrumentum publicum erigeret, eique disertissimè miseret, quod iste Veniae deprecatio apud illustrissimum facta sit, cum expressâ reservatione Jurium et Privilegiorum Ordinis ac Monasterij sui. Cuius Instrumenti copia adiacet sub Lit. M. Sicque ... haec scripta est: Det Deus ne Religiosis infestissimorum hominum pestifero flatu amplius resuscitetur. Amen."

- 1) s. AH 85/106: Beachte, dass der Zuger Stadt- und Amtsrat *B e a t II.* Zulauen, in dessen Besitz wohl vorliegende Kopie gelangte, sich wie die untenstehenden für die Rechte von Abt Bernhard Keller einsetzte.
- 2) Eine kursorische Durchsicht der Bestände ergab, dass sich keines der in AH 85/108 genannten Dokumente mit den Bezeichnungen "Lit. A", "Lit. B" etc. in den "Acta Helvetica" findet.
- 3) Zu diesem Abschnitt wird am Rand vermerkt: "NB. ponatur haec clausula in fine."
- 4) Gespielt wurde das Stück "Apostel *P a u l u s*" von Valentin *B o l t z*, s. Eberle/Theatergeschichte 86, 247 Anm. 51.

5)

*profutura profusa
informabitur apud*

Von anderer Hand als AH 85/106 - AH 85, 243-244

109

1687 Februar 11., Abtei St. Gallen

A

SCHREIBEN VOM [ABT] GALLUS [II.] ALT AN SCHULTHEISS UND RAT VON
LUZERN [ALS VORORT DER KATH. ORTE]

"Wyr haben nun ein guothe Zeit her spühren und hören Müessen, das von Unser mit dem Mehreren Theill des Rheinthal's Regierenden Ohrten habender gmeinschaft [=Gemeinderschaft oder Communella]¹ sehr Ungleich so wohl under privat Persohnen als auch Jeweilen in publico gereth, auch Judiciert undt geurtheilt wird.

Nun heten Wyr über disere stell vill und Insonderheit zue melden, wie scharff